

- 1) Auf dem Adressenschildchen ist noch der Stempelaufdruck: "DE VERSAILLES" angebracht, weiter finden sich noch einige Taxangaben.
- 2) Unklar, wer damit gemeint ist. Von den beiden damals nachgewiesenermassen in franz. Diensten stehenden Söhnen Zurlaubens kommt offenbar keiner in Frage. So weiss Gardehptm. Beat Franz Plazidus Zurlauben weder in seinem Schreiben vom 24. August 1710 - s. AH 150, 241 - noch in dem vom 20. November 1710 - s. AH 139, 62 - von einer Gefangennahme zu berichten. Auch im Falle von Lt. Beat Ludwig Zurlauben von der Kompagnie Zurlauben im Regiment Pfyffer deutet im Rodel vom Oktober 1710 - s. AH 106, 6-6i - nichts auf ein derartiges Ereignis hin. Beachte, dass in AH 150, 241 zwar von mehreren Gefangennahmen von Soldaten und Offizieren des Regiments Pfyffer bei Bapaume die Rede ist, doch findet sich kein Hinweis, dass auch Beat Ludwig Zurlauben davon betroffen gewesen wäre.

Original, mit Siegel - AH 95, 245-246

132

1645 November 10., "in presidio Wattensi [=Watten]" A

VERTEIDIGUNGSSCHRIFT¹ VON JOHANN FRANZ ULRICH WIRZ [HAUPTMANN
IM REGIMENT VON ROLL IN FRANZ. DIENSTEN]

AH 14/76 sowie H. Franciscana 11 (Juni 1972) Heft 4, 93 Nr. 260

"Salutem et agnitionem Veritatis, cum penitentia vera et sincera propter falsa in Christianissimum Regem Galliae [Ludwig XIV.] effusa convitia, per vestrae Reverendissimae [Dominationis] calamum, si Reverendissima [Dominatio] debet appellari persona illa, qui irreverenter de Rege a Deo uncto, et Ecclesiae columna loqui non veretur. Epistola vestra, utpote latine scripta et aperta, cum propter decessum Domini [Melchior] Röllli[n]² (cui Deus parcat) ab aliquibus latinae linguae imperitis ad me delata fuerit legenda, et explicanda; Deus scit qualis horror tunc audientium mentes occupaverit, cum tam enormia, et contra veritatem plurima Verba, et eo minus sacerdoti et parcho alicui congrua, per vestrum calamum promulgari audierunt; Scribit enim Regem Galliae, aut Gallum iuratissimum sanctissimae Ecclesiae inimicum esse, illamque diabolice oppugnare; quid tam falsum est, quam quisque evidentissime, Dominationem Vestram impudentiae, et falsitatis exemplis et experientia convincere potest. Miror quod Parcho cuidam contra Regem qui a Deo unctus oleo è Caelo delapso propter multiplicia in Ecclesiam Sanctam Catholicam collata beneficia iam ab horum memoria Rex Christianissimus, et columna ecclesiae, ab ipsis Pontificibus [- damals war dies Innozenz X. -] dictus est impune tam scandalosa et absurda verba effutire liceat. Miror adhuc quod cum Vestra Dominatio defunctum Dominum Röllli caecum appellet, et se optimum videre dicat,

apertis oculis tamen minus videat, quam ipsimet lumine orbat, nimirum cum omnia Magnatum aut talia saltem secreta qui scitu ipsi haud necessaria potest et impossibilia per Hispanicum scilicet per spicillum acutissimo lumine vanissime credit intueri. Cur, si Reverendissimae Vestrae omnia bene perspicere, tam facile est non etiam videt si Rex Galliae tam iniustum et contra omnem evicenter aequitatem, et Ecclesiam sanctam Catholicam bellum gereret, quod summus pontifex a fidelium communione proscriberet? Cur non videt etiam (quod par est scire Parocho) quod nullus nisi in particulari, et singulari gratia Dei constitutus, infirmos, et humano medicorum auxilio desitutos, solo attactu (uti Rex Galliae Christianissimus facit divina cooperante gratia) per miraculum integra sanitate restituere possit? inde clare consciendum cum defunctus Rex faelicissimae memoriae Lud[odvicus] XIII^{mus} plurimos tales solo attactu sanaverit, in medio hoc bellorum tumultu [- 1635 erklärte Ludwig XIII. dem Röm. Reich den Krieg -], illum contra Caesarem [Ferdinand II. bzw. Ferdinand III.], et Hispanicum Regem [Philipp IV.] minime iniustum bellum suscepisse, minus contra Ecclesiam Sanctam nostram Catholicam, quae actio, procul dubio gratia divina illum spoliasset, et simul consequenter potestate desuper ipsi concessa sanandi aegrotos solo attactu et benedictione sua. Deus bone, quot Hispanos ipsos natione Rex defunctus curavit? quos aliter qua Dominatio vestra conscientia loqui iubet, qui illum videre exemplo S. Ludovici [IX.] uti Rex semper consuevit die Jovis Sancto pauperibus summa cum animi submissione pedes lavare et mensae illorum illo die uti famulus inservire, et alia queque singularia devotionis et pietatis Catholicae officia tam privatim quam aperte quodidie prestare; quae Virtutes et pietas paterna adhuc hodierno die non absque particulari numinis favore in faelicissimis suis Infantibus elucet, et fovetur per industriam Religiosorum Virorum qui vitae integritate, doctrina et sanctitate aequae pollent, quam ij qui apud nos integerimam degunt vitam, nedum ij, qui contra fas aut nefas utpote ignari rerum, et fantastica opinione ne aliqua detenti, contra omnem rationem et Dei praeceptum Christianissimi Regis Galliae sacratum nomen talibus convitijs dilacerare non erubescunt, et ipsum in iustiae redargunt, tamquam arborem pessimum et malos fructus ferentem, cum contra Dei praeceptum, ut scribit, pugnet, et Caesari non reddat quae Caesaris sunt nec Deo quae Dei sunt. Quis quaeso horum omnium Judex est? Si Rex Galliae Caesari aliquod iniuste detineat, aut non, sicuti contra omnem Justitiam Rex Hispaniae Regi Galliae, Navarae Regnum [- Obernavarra fiel 1515 unter König Ferdinand II. an Spanien -] et Ducatum Mediolanensem [dieses fiel 1535 vom franz. König Franz I. an Kaiser Karl V., welcher als Karl I. zugleich König von Spanien war] eripuisse, universo constat. an Dominatio Reverendissima aut Patres Capucini [in den eidg. Orten]

aut Religiosi Einsidlenses se Judices hac in re [electi essent] declarant nullus dubito (excipio vestram Dominationem qui iam sententiam tulit) se Judices hac in re electi essent ut aequitas postulat, utramque partem prius audirent, antequam sententiam tam infinitivam dicerent, uti Reverendissima [Dominatio] vestra Hispano furore exagitata iam dixit, sed ut caecus de colore. Deinde cum [Jesu] Christus loquitur de Caesarae, ut ipsi reddantur eaque illius sunt, intelligit etque de omnibus et singulis ne quisquam invito Domino illius bonis fruatur et tali ratione defraudet proximum suum.

Quaeso reverendissimam [Dominationem] Vestram, qualis Angelus ab aethere Caesari in testimonium venerit, et ita Dominationi vestrae etiam alijs vestri consortij Religiosis tam certe innotuerit Caesarem ... [?]³ in possessione habere, quid iustiori titulo ad Galliae Regem pertineat, aut ad alium ipsi foedere iunctum? Certe, si Religiosi harum et similium rerum exquisitam volunt et exoptant adipisci cognitionem, quae in tali casu desideratur, ad iudicium aliquid ferendum, uti Vestra Reverendissima [Dominatio] absque rerum cognitionem ferre nequaquam erubuit, cum frontem ut scribit, perfricaverit opus est, ut mundanis curis plus se immisceant, quam spiritualibus, cum talium rerum cognitio et studium ad indagandam Veritatem, tantum hominem, et sapientissimum quidem et in omnibus ex utraque parte, optimè versatum poscat, nec dum quidem dicendum illum tam fuisse perspicacem, ut in re bene cognoscenda nunquam erraverit. Scribit etiam Vestra Dominatio Domino Rölli Defuncto, ut dimissionem petat, extorqueat, et negatam rapiat, aliosque comilitones suo nomine ad idem commoneat. Credat velim, ut rem esse adeo parvi momenti, officialem aliquem, qui se Regi Juramento secundum quid obstrinxit non solum illum ab alius servitio absterrere, sed etiam ipsi contra Juramentum turpem fugam consulere, nisi libere dimittatur quod non solummodo ipsi, Capitaneo, sed etiam toti patriae magno decori fuisset, et quod plus est, iuxta honorem patriae et proprium, Capiti suo periculum fecisset. O, bonum Consilium! O, bonum pastorem! qui sub falso praetextu salutis animae, consulit suo discipulo cum discrimine suae vitae, et certa patriae et proprii honoris iactura ignominiosam fugam capere. Non sibi praesumat, utpote in experto hac in re, melius sibi constare, quam omnibus Religiosissimis illis Viris, qui Reginae [=Regentin Anne d'Autriche] conscientiam tractant, et eorum qui Regi sunt a consilijs, Regis Christianissimi animarum esse Ecclesiam diabolice, ut scribit oppugnandi; si unam solum Causam belli nosse studet, uti plures inveniet in Favorem Regis Christianissimi perlegat, longam historiarum seriem et comperiet, quod dum Rex Galliae [Ludwig XIII.] Rochellum obsidione [- damit ist die Belagerung von La Rochelle durch den franz. König 1627/28 gemeint -] tenebat, et tunc non aliud studebat agere quam extirpare haereses ex

suo Regno, Imperator eodem tempore seposita omni ratione in Monewitz [=Moyenvic?, das dann 1631/32 von Frankreich zurückerobert wurde]⁴ irruerit, et Hispanus omnibus modis Rochellensibus conatus fuerit, occulte auxiliari, ita ut contra intentionem Regi Christianissimo opporuerit, tunc post oppugnatam Civitatem, paulatim desistere coepto, mitius agere cum haereticis, cum succo Foedus inire et ipsum in auxilium evocare, ne patriae et duplici oppressus hoste denique succumbere debeat, sed quid opus multis verbis? maxima est amentia uti omnium eorum qui taliter agunt, velle decidere, et iudicare rem quandam qua nobis latet, et cuius principium medium et finis a nostra cognitione remotissimus est; sicuti nec Reverendissimae [Dominationis] Vestrae, nec caeteris Religiosis domi patet ut credo, praesertim vero, cum Vestra Dominatio (nescio qua procita rabie) rem falsissimam Regem Galliae Ecclesiae hostem proclamando sustinere tendet, Scribit etiamque quod illi qui redeunt ex Gallijs in Patriam acerrimè exagitantur à Confessarijs et non iudicentur digni absolutione, nisi fateantur se gravissimè peccasse, nescio si quis alius propter Reverendissimam [Dominationem] Vestram tam imprudenter unquam egit, quia iam plurimi ex Patria reduces in Gallios, nihil horum adhuc meminerunt, et miror, quod tot Patres Confessarij, qui suo officio tam bene et pie funguntur, et omnium opinione integerrimam degunt vitam, nihil adhuc mihi nec plurimis alijs hac de re loqui fuerint, necesse est, ut aut isti, aut vos erraveritis, sed qui erraverint facile videre et con...[?]⁵ licet ex praecedentibus, unde tam falsum et absurdum tulistis iudicium, Cum etiam Vestra Reverendissima [Domination] illos qui in Regis Christianissimi servitio moriuntur, tam certos damnationis reddit, uti patet ex sua Epistola, miror quod sacerdotes domi pijs exequias agant et quid a Communi Religiosorum omnium consensu, et a superioribus nostris quibus a Deo Intellectus satis datum est, ex Gallijs in Patriam, tamquam ex orco in Caelum, ut scribit non revocemur. O miseros omnes alios Sacerdotes et animarum pastores! qui non Hispano et Gallo adhaerent, cum tali ratione non sint Catholici et alias sibi traditas ad perditionem ducant? quis talem unquam vidit impudentiam (Deus mihi ignoscat, cum talia de sacerdote quasi coactus dicere debeo) et praesumptionem se credere maiori Doctrina, cognitione rerum, et pietate praeditum esse, quam tot mille alij qui aut domi sunt, aut apud nos hic comorantur. Quibus propter integerrimam quam vivunt vitam, animarum curam ab Episcopis [von Konstanz?, Johann Franz Vogt von Prassberg-Summerau] aut alijs non immerito concessa fuit, nec tamen rerum qui Regi Christianissimo inservit uti vestra Dominatio absque ulla ratione facit a vita aeterna ideo excludunt.

Der H. schreibt auch mit teütschen buechstaben, die Frantzosen trutzen Wie Sy allenthalben haussen wöllen, so Sy [die Stadt] Costantz bekrie-

gent, undt setzt beyneben, helff Gott dan den [im Thurgau regierenden?] 5 [kath.] Ohrten, undt Er wirdt Jhnen helffen, ia wan die Frantzosen fautores (melius dixerim proditores) under uns nit wahren, unss was andere weisse sorgfeltige Recht Catholische, Recht Eydtgnössische billich keyserische H. undt pauren machen, mehren undt decernieren, daselbig als nit eludierty Znütenrichten etc. Sindt das nit widerwertige hessige, undt einem exemplarischen Priester sehr ungezeimliche wort, wo seint bey eüch die frantzosische Fautores (das ist Recht, so Seint Zue dess Vatterlandts, undt auch Rechtfertiger weis Zue ... seinem eignen nutz) aber die Proditores undt Verrähter daheime, wo seint sye, so er einen weist, warumb gibt er ihne nit an tag, dem gemeinen nutz undt gerechtigkeit Zue Steür, so er dan Keiner weist, warumb wil er so Ehrabschneidische neidige passionierte wort ausgiessen wider die Jenige, obgleichwoll sy nit [mailändisch/]Spanisch noch Keyserisch, dennoch eben so wol weise sorgfeltige, Recht Catholische, Recht Eidtgnössische H. undt pauren seint, als die Jenige so der Spanischen oder Keiserischen Faction anhangen, Wannher sollen wir spanisch oder Keysserisch sein, ist es villicht darumb, das das haus [Habsburg-]Oesterreich in worten undt wercken, Erstlichen durch tiranney, darnach durch schwäre Krieg (so unsere Liebe Altvordern leider woll erfahren) der H. Eydtgnossen sich alss ihren abgesagten Feind erzeigt hat? oder ist Villicht darumben, dass weillen die H. Eydtgnossen Vohr dem ietzigen noch währenden Krieg nit ohne ursach all zeit in sorgen stuenden, von dem Hauss Oesterreich widerumb angriffen Zue werden, wie sy auch treüwten, Sy Zue erkantnuss der gueten Meinung scilicet, so sye gegen den Eydtgnossen getragen, ietzunder verpflichtet undt Verursachet seyent Zuethuen was ihnen geschmeckht, aber ich merckh wass Er sagen wirdt, der Keyser undt Spanier seyent Catholisch der Frantzos aber Lauterisch [=Anhänger Martin Luthers], da haben wirs, der Frantzos ist dan noch Lauterisch, obgleichwoll der Papst ihn der Christlichist König, undt Elteren Sohn undt Sonne der Kirchen nambset, Er ist dannoch Lauterisch obgleichwoll er in einem Jahr 32 oder sovil ungläubische Stätt (denen der Spanier Laut ihrer eignen erkantnuss in schrift undt wort, mit heimblicher gelt oder subornirter hilff beygestanden) in seinem Reich widerumb durch wehr undt waffen undt gfahr seiner eignen Person, den mehrentheil, Zue dem allein selligmachenden Catholischen glauben gefüehrt, undt aldorten die Catholischen Excertien eingesetzt, Er ist dannoch Lauterisch obgleichwoll er verschafft, ohnangesehen das der schwäre Krieg, die Er sonsten auff dem halss hat, das der ohn Catholische glauben in Franckhreich augenscheinlich abnimpt, undt die Königin mit dem Jungen von Gott durch miracul gegeben undt gebenedeyten König, in aller Catholischen Andacht mit Clöster undt Kirchen Stifften, undt anderen Gott seeligen Excercicien, allen

ihren Underthanen mit guetem Exempel vorleüchtet Warumben ist aber der Frantzoz, dess H. [Pfarrers von Neuheim] Michel **Dosswaldts** meinung, dannoch Lauterisch, wie wol er den Catholischen glauben mehr als sein Leben Lieb hat? darumb weil er nit spanisch ist, undt dem Keyser undt Spannier durch Gottes beistandt, die handt helt, das Sy ihm die Cron nit Könen ab dem Kopff reissen, als wie Sy schon Lengsten sich[t]barlicher weiss, in dem willen gehabt haben, undt noch thetten so Sye Könten, aber Gott solches nit gestatten wirdt, weilen er den Königen aus Franckhreich das öl, wormit sy gesalbet werden von dem himel herab, Zweiffels ohne Zue besserer bestettigung ihres Reichs geschickht hat, undt dessentwegen unsere Liebe Alt Vorfahrende, mit der Cron Franckhreich weisslich einen Vesten Bundt geschworen, Keineswegs Zue gestatten, so es Je möglich durch Sye Zue verhindern, dass einicher Fürst dem König seine Cron von seinem haupt reissen solle, undt Er desgleichen auch geschworen alle hilff Zue leisten Zue der beschützung unsserer Freyheiten undt Vatterlandts, wie auch von ihme gegen Unss biss dato noch alles guets verspürt worden, von dem Keysser aber bishero dergleichen noch nichts Zue rüemen, Jnsonderheit als Er undt der Spanier, durch den [General Ambrogio I] Margis [=Marchese di] **spinola** in der Belegerung Roschellen [1627/28] dem Aller Christenlichsten König [Ludwig XIII.] hat Lassen Fürtragen, es währe nun mehr guete gelegenheit so Sye das schweitzer Landt samptlich erobern wolten, wehren sy gesinnet dem König auss Franckhreich dass Berner piet Zuelassen, der Keyser [Ferdinand II. bzw. Oesterreich] solle turgeüw, Schaffhausen, Bassel, unndt Zürcherpiet haben, undt der Spanier [gemeint Mailand/Spanien] übrige ohrt, was gab Konig Lud[wig] der grechte dem Margis **spinola** Zur Antwort? die Schweitzer, sagt er, haben mit ihren treüwen diensten nit gegen mir Verschuldt, das ich solle Eidtbrüchig an ihnen werden, wehr Sie sich ihrer Feindt erklärt, der sol mein Feindt auch sein, nichts desto weniger ihr billich Keysserisch H. undt pauren, so sy etwas machen, mehren, undt decernieren, dasselbig durch die Frantzösische proditores alss nith eludiert unnd Znütten gerichtet werde.

O, Blinde Verkerte welt, wie Kanst du der neidigen Ehrabschneidigen passionierten Leüthen Ehrverletzliche wort under dem praetext, undt yffer der Religion, für tugentsamb undt aufferbauliche Reden, dem gemeinen undt einfeltigen Volckh verkauffen, undt noch bey Straff der Ewigen Verdammus dieselbigen befählen anzuehören, undt ihnen Zue gehorsambten! der H. schreibt auch er habe wol so Baldt ein tödtliche verfolgung von den Jnheimbschen Frantzösischen teüffelsüchtigen geltfresseren, Judas brüederen Zue besorgen, weil der H. also in dem yffer entzündet und dem Judas selbst den Strickh möchte an den halss Leggen [- Anspielung auf Apostel Judas Iskarioth, der nach dem Verrat von

Jesus von Nazareth sich im Jahre 30 das Leben genommen haben soll -] er sehe aber, das er an Statt eines Frantzosen, etwan nit einen Spanier ertape, dan Sy Lassent sich wegen ihres hochmuets, undt Stöltze gern erhöhen".

Der folgende Text findet sich - die Dorsualnotiz ausgenommen - nur in AH 14/76:

"et tamen, ut scribit, nihil horum vereatur, nec martyria et mortem subire dubitet; iter faciat ad Regem Galliae, qui horum omnium causa est, illumque á viâ erroris reducat ad semitam veritatis, si Vestra Dominatio induci non potest ut credat, híc etiam esse Religiosos et Parochos qui illam et universam plebem in Doctrinâ Christianâ aequé bene instituere possint, quam vestra Reverentia cum omnibus Hispaniae sacerdotibus imbuere valeat. Certé, patet etiam hoc aut vestra simplicitas, aut (ut ita dicam) malitia, cum Hospiti Einsidlensi tam facilé fidem adhibuerit, qui tam nefaria mendacia in Regem Christianissimum aut ipse commentus est, aut certé ab alijs pestiferis et maliloquis Hispanorum aut illorum Fautorum linguis commenta, vera affirmare ausus est, quod nempe Rex Galliae Turcarum Jmperatori [d.h. dem Sultan des Osmanischen Reiches, damals war dies Ibrahim] navium classes in auxilium contra Ecclesiam miserit. Proh scelus! Jpsemet Orcus, vel nigerimi illius Jncolae, vel ipse Pater mendaciorum Lucifer, prout[?] ne similia con...[?]⁶ mendacia, et illa ita audacter effari! vox credo. Sed inde, sicuti etiam omni ex parte Hispanorum et illorum fautorum extrema Rabies, furor et invidia in innocentissimum Christianissimum Regem, pro quo Deus stat, cognosci, et manibus palpari potest sed non aliter quam ad illius summum honorem, et hostium suorum turpissimam confusionem. Praecor Deum, ut Reverentiam Vestram é tam enormi educato errore, et omnes illos, qui de Rege Christianissimo summâ cum iniustitiâ tam male sentiunt, illorumque falsiloquas linguas cohibeat, ut praeter veritatem aliud nihil agnoscant, nec dicant, ad utilitatem Sanctae Ecclesiae Catholicae promovendam, et eorum, qui eam, uti Rex Galliae Christianissimus, contra hostes illius ad ultimam usque sanguinis guttulam deffendere laborant. Amen. Amen. Amen ...

Jussu et nomine Officialium Regiminis de Roll pro tempore in praesidio Wattensi pro Christianissimo Rege Galliae militantium,

[sig.] Joa: Fran: Udalricus Wirtz Subsylvanus
[konkret von Obwalden] Helvetus, inimicus eorum, qui in detrimentum Regis Christianissimi chatolicae veritati detrahere persistunt."

"Betrifft den konig In frankhreich".

- 1) Diese Verteidigungsschrift ist schon in AH 14/76 wiedergegeben. Weil sich aber dort nur eine relativ knappe Zusammenfassung findet, wird hier eine vollständige Transkription gebracht. Da es sich bei AH 14/76 um das

von Wirz persönlich geschriebene Exemplar handelt und sich in der Abschrift unter AH 95/132 verschiedene Fehler und Auslassungen eingeschlichen haben, diene bei Ergänzungen und Korrekturen der Text von AH 14/76 als Grundlage.

2) s. AH 157/65

3) *à Sarem ni tui in possessione*

4) s. Rott/Représentation IV 2, 167 sowie AH 95/1

5) *et. congere licet*

6) *Quifer, p^t ne familia condigns*

Kopie, mit Dorsualnotiz des Zuger Stadt- und Amtsrates Beat II.
Zurlauben - AH 95, 253-258 - Blatt 258^r leer

1688 Oktober 12., Baden

A

"PROPOSITION DU [JOHANN FRANZ DIETRICH] BARON" VON LANDSEE [ZU PERG, GESANDTER DES RÖM. REICHES], VORGETRAGEN [ANLÄSSLICH DER GEMEINEIDG. TAGSATZUNG VOM 10. OKTOBER BIS 16. NOVEMBER 1688] IN BADEN¹

EA VI 2, 233 c

"Estant tres manifeste et connu au monde, mesme clairement confirmé, par le decret fait de la Couronne de france a Versailles sous la date du 24 iour de mois de settembre passé qu'elle a effetivement rompu le trevue des armes, qui a esté faite en l'année 1684 [- Waffenstillstand zwischen dem Röm. Reich, Frankreich und Spanien vom 15. August 1684 in Regensburg²; dieser Waffenstillstand war noch am 6. März 1687 in der sogen. Erklärung von Marly bestätigt worden³ -] pour ... [20] ans, a charge de Sa ma.^e Jmperiale [Leopold I.] mon tres clement Empereur et Seigneur, et de l'empire Romain, et qu[e] sans aucune raison sufisante elle a fait une rupture, qu'on eseroit aussi peu, que iasmais on en pourra respondre, le commencement de cest'effects étant donné a la forteresse de Philipsbourg. et estant a craindre, que la ville imperiale de Colonne [=Köln], recevra aux premiers iours une pareille attaque, outre que le dessein iasmais iustificable de la d.^e Couronne, pourroit aussi aboutir sur les pays icy frontieres et les habitans, et principalement sur la ville de constance et les quatre villes forestieres, pour les reduire sous son obeissance.